

8 cidia f. d. deduci contra voluntatem testatoris. Ratio est, quia etiam si vellet, non posset eam prohibere. Et declaratio hanc ad S. cum ita, probavit idem Ale. in lib. 5. Paradox. ca. 19. qui comprobatur ex l. 4. ff. de regul. iur. & Alciat. refert. Zanch. in d. S. cum ita, in 9. par. nu. 45. quem declarat.

9 Quartò allegavit Alciat. doct. Bart. in l. non solum. n. 6. ff. de procur. cum dixit, quod procurator f. ad agendū tenetur defendere, & illa dispositio quod defendat. legalis est. Ratio est, quia is defendit necessitate legis. I. feruum quoq. S. ait p. r. ff. de procur.

10 Quintò facit secundum Alciatum, quod scribunt gl. & Voc. in l. 4. S. condemnatum. ff. de re iud. vbi tempus f. quod datur iudicatis, etiam si sit expressum in sententia, tamen dicitur terminus legalis, non hominis. Ratio est, quia tempus illud non est in mera potestate iudicis. l. 2. ff. eod. tit.

11 Sextò conf. it. quod scribunt Cast. & Aret. in l. iurif. gentium. S. pen. ff. de pactis, cum dicunt, clausulam do. l. i. mali f. in esse in contractu depositi dispositione legis, cū partes ipsi dolo de futuro renunciare nō possint. d. S. pen. Quam quidem traditionem probavit etiam Ale. in d. S. Cato. n. 105. in fin. & Soc. Iun. nu. 134.

12 Septimò huc facit, quod docuit Riminal. Sen. in l. si quis maior. n. 7. C. de transact. cum aduersus Salicetum, & Alexandrum ibidem scripsit, quod stante statuto cogente affines ad compromittendum, si reperitur factū compromissum inter duos affines, presumitur factum ob dispositionem statuti, atque ita esse compromissum necessarium, & non voluntarium. Cum non sit in facultate vnus eorum recedere ab ea dispositione, & Riminal. dñ. secuti sunt Ale. in d. S. Cato. n. 105. in d. l. si quis maior. & l. i. Paradox. c. 20. n. ff. & lib. 5. c. 19. in fin. Cagn. in d. l. si quis maior. n. 67.

13 Et scdm hanc opinionē responderunt Anch. consil. 158. & Dec. cons. 22. col. 2. Distinctionem adhibet Ruinus, & Torniuellus in l. 3. ille n. 46. iste n. 71. de leg. 1. que verè non satisfacit in casu dubio, cum. l. ignoratur quādo fuit factum compromissum.

14 Secundus est casus, quando lex præsumit aliquid qd partes possunt prohibere, illiq. renunciare. Hoc in casu d. f. dispositio hominis, non aut legis. Ita Ripa. in d. leg. si in solam. n. 60. & Ale. in d. S. Cato. nu. 104. & libr. 1. Paradox. cap. 20. sic int. l. l. gentes l. cum quid. ff. si cert. petat. vbi et Dec. n. 4. idem affirmavit, & ipsemet Dec. in l. semper in stipulationib. n. 5. & ibidem Cagn. nu. 3. ff. de reg. iur. Qua de re plura dicemus infra libr. 3. præf. 80. dum explicabimus d. l. cum quid. idem probat l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco, vbi l. a. num. 2. scribit, electionem in alternatiuis f. non esse semper debitoris, cum illa sit ex dispositione legis.

15 Huc pertinet doctrina egregia Bart. in l. condiciones, quæ extrinsecus. nu. 1. ff. de cond. & demo. cum scripsit, quædam esse condiciones f. quæ veniunt ex legis dispositione, & sic legales, quædam verò, quæ veniunt ex natura rei, & demum quædam quæ veniunt ex præsumpta atque coniecturata mente testatoris, sentit ergo manifestè Bartol. has postremas condiciones provenientes ex præsumpta mente testatoris, non esse legales, sicque ex dispositione legis.

16 Tertius est casus, quando lex non habito respectu ad voluntatem præsumptam partium, aliquid inducit. Hoc in casu dicitur f. dispositio legis, & non hominis. Ita Ripa in d. l. si in solam. nu. 60. & Alcia. in d. S. Cato. num. 106. qui adducti sunt auctoritate Bartol. in l. stipulationes non diuiduntur, quæ ff. 8. de verborum obligat. cum dixit, illam cenferi obligationem descendente a dispositione legis, cum lex eam inducit non habita ratione voluntatis hominis. Et Bartolum secuti sunt alij, quos commemoravi supra in primo casu. Confer etiam quod

docuit idem Bart. in l. cum stipulatus sim à Proculo. nu. 16. 4. de verbor. obligat. Cum dixit interesse f. p. n. a esse legalem. Ea est ratio, quia lex non habita ratione, præsumpta voluntatis partium, illud inducit in obligationibus facti, vt debitor liberetur, soluendo illud, & idem in illo loco scripsit l. a. col. 4.

17 Huc etiam facit quod docuit idem Bart. in l. 3. nu. 7. vers. & hoc placet. ff. de leg. 1. cum dixit tempus quatuor mensium concessum condemnato ad soluendum f. esse dispositionem legis, quæ sua indulgentia illud permittit, non habito respectu ad personam iudicis, quod scilicet præsumatur sic voluisse tempus illud concedere, & Bart. secuti sunt Alex. Confer tex. l. quod si nolit. S. Pompon. ff. de ad. l. edict. vbi si vnus ex pluribus emptoribus, f. deteriorat rem, solus in solidum tenetur, est ratio, quia hoc debitum deteriorationis non ex contractu, seu vi stipulationis, sed dispositione legali, ex ad iudicio edicto causarum dicitur.

18 Quartus est casus, quando lex aliquid præsumit ex actu omnino tacito partium. Hoc in casu f. dicitur etiam dispositio legis, non autem hominis, sicuti videmus in successione ab intestato f. quæ a lege introductæ sunt ex tacita quadam voluntate morientium, l. si quis cum testamentum nullum, & l. conficiuntur. in princ. ff. de iure codic. de quibus dicemus infra lib. 4. præf. 68.

19 Hæc enim dicitur dispositio legis, vt tradunt Bald. in l. si emancipati. in 8. oppos. C. de collatio. & Ruinus in in rubr. ff. soluto matrimon. nu. 216. & alios commemorabimus in dict. præsumptio. 68. Est autem legis dispositionem manifeste patet, quia appellatur legitima successio. l. obuenire. ff. de verbor. significat. vbi Alciat. & l. 3. S. de illo. ff. pro socio. Et lex illa est, quæ immediate eā

20 defert, atque ita f. causa proxima & immediata est ipsa lex, vt declarat Bart. in d. S. de illo, quæ secutus est Ruin. in d. Rubr. ff. solut. matrimon. num. 216. quo loci simile scripsit de dotē minoris, quæ censetur repetita in secundo matrimonio, non illa proveniat ex dispositione legis immediate, non autem hominis. Et si aliter responderit Corn. in cons. 254. lib. 1. qua. de re su. loco dicemus. Non hic omittendum est, quod acutè docuit Torniuellus in l. 3. nu. 70. de leg. 1. dum ad declarationem d. l. conficiuntur, scripsit, hereditatem illam ab intestato, deferri a lege ex præsumpta mente morientis, cuius tacita voluntas cum efficax non sit ad transferendam hereditatē directiō, ideo a lege ipsa coadiuuatur. Illa tamen voluntas tacita decedentis (inquit Torniuellus) efficax est, vt successor ille tanquam a moriente honoratus grauari possit d. l. conficiuntur. & l. si quis cum testamentum nullum. ff. de iure codicil.

21 Quintus est casus, quando lex inducit præsumptionem iuris, & de iure. Hoc in f. casu dicitur dispositio legis, & non hominis. Ita Alciat. in d. l. 4. S. Cato. nu. 103. in fin. de verb. oblig. Est ratio, quia lex ipsa, non habito respectu ad voluntatem partium, eam ita statuit, vt nec ei renunciare possint partes ipsæ, nec contrarium probare, sicuti suo loco diximus.

22 Huius disputationis utilitas non mediocris est. Magni etenim refert scire, an dispositio sit legis, vel hominis plurimum enim f. inter se differunt.

23 Prima est differentia, quia dicimus f. durius agi cum hominis dispositione, quam cum illa legis, l. Celsus. ff. de recept. arb. vbi gl. & scribunt Bar. in d. l. si in solam, in 8. oppos. nu. 9. & ibid. l. a. num. 28. & Ripa num. 56. Late Gom. S. item si quis in fraudem. nu. 4. in Inst. de actio. & Neuz. in cont. 2. nu. 39. qui propterea dicunt, difficilius purgari f. moram conuentionalem, quam legalem. Ripa in d. l. si in solam. nu. 53.

24 Secunda est differentia, quādo agitur de annullatione actus, lex fortius annullat, f. quam homo, ita Bart. in d. l. si in solam. vbi Ripa num. 56. qui eiusdem sententiæ alios

alios recenset. Et hæc quidem differentia declarat, atq. limitat præcedentem.

25 Tertia est differentia, quod citatio facta ab homine f. non constituit citatum in mora, nisi facta sit præcisè, & peremptoriè ad audiendum sententiam, gl. in Clem. sapè, in verb. ad id, de verb. significat. secus est in citatione legis. l. sapè. ff. de appellat. Ita docuit post alios Ripa in l. si in solam, num. 59.

26 Quarta est differentia, dispositio hominis verificatur in prima vice: f. non autem dispositio legis, cuius differentia ratio est, quia legis natura est, vt nō pro vno actu tantum, sed quoties opus erit, provideat, secus est in dispositione hominis. Si enim quis tenetur dispositione legis dotem constituere mulieri, vt pater filie, iuxta l. qui liberos. ff. de rit. nupt. non sufficit, q. eam semel dotaue- rit, sed tenetur f. toties, quoties opus erit, l. vlt. C. de dotis promiss. Diuersum est, quando tenetur dispositione hominis vt in socio, qui conuentione societatis tenetur dotare filiam socij, sufficit enim tunc quod semel dota- uerit, l. si socius pro filia. ff. pro socio. Ita declarat Baldus, Angelus, Imola, & Alex. in l. si cum dotē. S. i. ff. pro socio. & alios refert Tiraq. in l. boues. S. hoc sermone, limit. 9. num. 4. de verbor. significat. vbi plura alia exempla commemorat.

27 Quinta est differentia, quod f. generalis dispositio legis, comprehendit omnes, & quoscumque casus. Nō ita dispositio hominis. Ita declarant Ang. in l. sed & si quis. S. quæritur, in si. ff. si quis cautio. & l. a. in l. actione, nu. 9. in fine. C. de transact. Cum dixerunt, quod vbi in dispositione hominis requiritur specialis mentio alicuius actus, non sufficit, quod fiat verbis generalibus, sicuti in clausulis renunciationum derogationum, & similibus, secus est, quando est dispositio legis.

28 Sexta est differentia, quod in dispositione legis f. indefinita æquipollet vniuersali, non ita in indefinita hominis, sicuti scribunt Dec. in l. 1. nu. 12. & ibidem Cagn. nu. 9. de reg. iur. & manifestius doctis. Ale. in lib. 3. Paradox. c. 14. Verum dissentiunt alij multi, quos congerit eruditissimus Did. in l. 1. variat. resolut. c. 13. num. 9.

29 Septima est differentia, q. in dispositione legis f. sub nomine filiorum continentur nepotes, non ita in dispositione hominis. Ale. in d. c. 14.

30 Octaua est differentia, quod in dispositione legis f. generalis sermo recipit restrictionē de habilitate, l. vt gradatim. S. 1. ff. de mun. & honor. Non ita in dispositione hominis, quemadmodum declarat Bald. in l. 1. col. 1. C. sine cens. & reliq. Alex. in l. si patroni, num. 15. ad Treb. l. a. in prælud. feud. nu. 49. & in l. 1. S. nunciatio. de oper. noui nunciat. Cur. lun. in cons. 1. nu. 3. & Tiraq. in tract. de retract. consanguin. S. 1. gl. 7. num. 29.

31 Nona est differentia, quod in dispositione legis f. dominium sine aliqua traditione transfertur, non in dispositione hominis, sicuti declarat Bart. in l. traditionibus, in 1. lect. in fin. C. de pactis. & ibid. Alex. in fin. Bald. & Abb. & reliqui in rubr. ext. de consuet. & Alex. in cons. 1. col. 2. lib. 5.

32 Decima est differentia, quod in dispositione legis f. consideratur persona intermedia, non sicut in dispositione hominis, vt docuit Bart. in l. 3. S. 1. ff. de leg. præf. quæ secuti sunt multi relati à Petra Sacta in sing. 64. qui scripserunt, prohibitum sub pœna f. contrahere cum bannito, imponere contrahere cum filio banniti, qui est persona intermedia.

33 Vndecima est differentia, quod in legis dispositione f. admittitur compensatio ipsa à lege facta, etiam contra debitum iuratum, non ita in cōpensatione hominis, sicuti declarat Soc. in l. Iulianus, col. pen. vers. confirmatur hoc, ff. de cond. & demonst.

34 Duodecima est differentia q. f. alimenta dispositione legis debita peti possunt etiā de præterito, secus alimenta

ta debita dispositione hominis, sicuti explicat Dec. in l. de alimentis, num. 5. in fine. C. de transact.

35 Tertiadecima est differentia, quod habens f. administrationem cum libera potestate à lege, potest transigere, non ita habens dispositionem hominis, sic declarat Bart. in l. 1. in 3. lectio. in 3. oppo. de offic. procurat. Casar. Dissentit tamen Iason in l. si præses, numer. 11. C. de transactio.

36 Decimaquarta est differentia, quod iusta causa, f. puta absentia, litigandi, & similes, excusant à pœna legali, non ita à pœna conuentionali, l. vlt. C. de in integr. restitut. Corset. in singula. in verbo pœna, incipit, licet, & Iason in l. si quis id, quod, num. 34. ff. de iurisdic. omnium iudic.

37 Decimaquinta est differentia, quod præscriptio legalis f. non currit contra militem, secus verò conuentionalis. Corset. in sing. in verbo, præscriptio, incipit, licet.

38 Decima sexta est differentia, quod dispositio tacita, & facta dicitur f. legis, non autem hominis. Dec. in l. cum quid, nu. 4. ff. si cert. pet. & in l. semper in stipulationibus, num. 5. ff. de reg. iur.

39 Decima septima est differentia, quod f. obligatio proueniens ex dispositione legis, est fortior illa, quæ descendit à dispositione hominis, ita Bal. in l. frater à fratre, in fin. ff. de cond. indeb. & alij congesti à Crauet. in consil. 111. num. 24.

40 Decima octaua est differentia, quod si debitum contractum est in scriptis partium conuentione, atque ita in dispositione hominis, solutio f. probari debet in scriptis, vel quinque testibus, l. testium. C. de testib. secus verò quando debitum est dispositione legis, quia tunc fieri potest probatio solutionis testimonio duorum testium, ita post Bart. in l. generaliter. C. de non num. pec. declarat Afflic. in decis. 13. num. 25. in si. & num. 26.

41 Decima nona est differentia, quod in dispositione legis, quæ successionem defert agnatis proximioribus, filius f. ingreditur locum patris, vt cōcurrat cum patruo, sicuti quando statutum admittit proximiores, secus verò est in successione delata dispositione hominis, vt in fideicommissio relicto proximioribus, ita post Alexan. & alios docuit Dec. in l. 1. nu. 19. C. de secund. nupt.

42 Vigesima est differentia, quod facilius admittitur f. interpretatio, & extēsiō in dispositione hominis, quam in dispositione legis. Dec. in l. 1. nu. 1. in si. C. de transact. & Crauet. in consil. 118. num. 22.

43 Vigesima prima differentia est, quod expressa f. renunciatio filij non nocet patri. l. vlt. in princ. C. de bon. quæ lib. Renunciatio tamen tacita proueniens ex dispositione legis, patri præiudicat. Bart. in l. 1. in si. C. qui admitti. & ibid. Dec. in 3. lect. nu. 47. & Tiraq. de legibus con. nub. in gl. 5. num. 49. & 50.

Dispositum in casu verò, quando & quomodo locum habeat in casu præsumpto, diligenter explicatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio in casu verò, locum habet in præsumpto, præsumptione iuris & de iure. Idem præsumptione iuris sola. & numero 4.
- 2 Mutuum verum dicitur per confessionem, lapsò biennio.
- 3 Præsumptio iuris & de iure, est certissima, & indubitata probatio.
- 4 Præsumptio iuris procedit secundum veritatem.
- 5 Matrimonium præsumptum eandem vim habere, quam verum.
- 6 Donare qui promissit etiam nudo pacto, obligatur.
- 7 Regula iuris, duo specialia concurrere non posse, cur introducta.
- 8 Specialia duo, quando concurrere possint. & nu. 11.
- 9 Fictiones due quando concurrere possint.
- 10 Iuramentum in licem an ob dolum præsumptum possit deferri.



- 13 Lex prohibens, & annullans actum, trahitur ad præsumptum.
- 14 Dispositum in casu vero, quando non habet locum in præsumpto, & num. 15. 16. & 17.
- 18 Dispositio loquens in casu vero, locum non habet in præsumpto hominis præsumptione.

Q V A E S T I O XLVII.

QVAERO quadragesimoseptimo, an dispositum in casu vero, locum habeat in casu præsumpto? Hac in questione distinguendi sunt tres casus, quemadmodum tres sunt præsumptionis species.

Primus est casus, quando præsumptio est iuris, & de iure. Hoc sanè in casu dubium non est, quin dispositio facta in casu vero, locum habeat & in hoc ita præsumpto. Ita in specie docuit Berous in c. at si clerici, in princ. nu. 110, de iud. Cum aduersus Abbatem, & Decium scripsit, statutum puniens eum, qui confessus, & conuictus est de maleficio, locum habere etiam contra eum, qui deficit in purgatione canonica, ex quo is præsumptione iuris, & de iure pro confessio, & conuictio habetur. Quia quidè de re suo loco vberius dicemus. Huc pertinet, quod scripserunt Bald. in l. vnica, in princ. C. de rei vxor. actio. & in l. pecunia. C. de solut. & Iaf. in §. fuerat, nu. 56. Inst. de action. quod si actum est in iudicio pro mutuo vero, sufficit probare mutuum per confessionem, elapso bienio, qua dicitur, quod præsumptionem iuris, & de iure mutuum verum. Hoc etiam facit doctrina Abbat. in c. per tuas, in 1. notab. de cond. appof. quod deducens matrimonium verum, & probans præsumptum, præsumptione iuris, & de iure obtinet. Et huius casus ratio est manifesta, quia præsumptio iuris, & de iure, est certissima, & indubitata probatio, ita lege ipsa disponente. Et hic casus magis ex sublequenti confirmatur.

Secundus est casus, quando est sola iuris præsumptio. Et idem est quod superiore casu, vt scilicet dispositio loquens de casu vero locum habeat in casu hoc præsumpto. Ita affirmant Abb. in c. veniens, il. 2. nu. 6. & in c. is qui fidem, nu. 2. de spons. Bal. in l. cum citra. C. de iure dotium. Comens. in consil. 109. colum. 2. Curt. Iun. in consil. 4. nu. 17. & alij plures, quos infra commemorabo.

Et huius sententia ea est ratio, quia præsumptio iuris procedit secundum veritatem. I. vt. ff. de eo, quod metus caus. & l. siue possidetis. C. de probat. & diximus supra q. 8. dum explicauimus differentiam inter fictionem & præsumptionem. Et præterea manifestè, & liquidè apparet dicitur, quod apparet præsumptione iuris, l. si qs locuples. C. de manumiss. testam. & diximus superiore quaest. Si ergo præsumptio est ipsa veritas, cum scilicet nil ei obstat, qui sit, quin concludere debeamus, dispositionem in casu vero locum habere etiam in præsumpto? Quocirca rectè docuit Abb. in d. c. veniens, & in d. cap. is qui fidem, nu. 2. de spons. matrimonium præsumptum & eandem vim habere, quam habet matrimonium verum.

Hinc diffiniri potest cõtrouersa illa disputatio, an dispositio l. si quis argentum. §. pen. C. de donat. locum sibi vindicet etiam in donatione præsumpta.

Est sanè (vt hoc prius dicam) ea constitutio fancitum, quod is, qui donare promisit, & etiam pacto nudo, teneatur omnino suam ipsam promissionem implere, atque ita donare. Dubitant autem nostri, an & illa dispositio locum habeat, etiam in pacto præsumpto? Et locum habere scripserunt gloss. in l. si tibi, in principio. ff. de pactis. & in leg. hætenus. §. 1. ff. de constit. pecun. quam secuti ibi sunt Bartol. & Castrensis. Idem affirmant Martin. Laudens. in l. iurisdictionum. §. sed cum nulla. ff. de pactis. Fulgos. in d. c. iurisdictionum. §. quinimo. colum. 4. & ibidem Fortunius Garzia colum. 34. nu. 77. vers. tertium dictum. Idem senserunt Jacob. Butriga. & Bart. in l. receptitias. C. de constit. pecun. vbi expressè idem voluit Guid. Papæ, Francisc. Aret. in l. 2. col. 2. vers.

ad tertium, de leg. 1. Ang. Aret. in §. in personam, col. antepe. vers. sic. 4. principaliter, inst. de actio. Et hos recentet ac probat Tiraq. in l. si vnquam, in verbo donatione largitus, nu. 168. C. de reuoc. don. Quibus accedunt Alex. in l. si aliquam rem, in ff. de acquir. poss. And. ab Exea in rubr. de pact. nu. 68. & Zuchar. num. 77. & Purpur. in l. rogasti. §. si tibi, nu. 64. ff. si certum pet. Et horum sententia vera est, quando donatio illa præsumpta, est à lege ita præsumpta, ex rationib. supra commemoratis. Quibus constat malè sensisse illos Doctores, qui negantur dispositionem d. l. si quis argentum. §. pen. locum habere in donatione præsumpta. Quos sanè Doctores longa serie recentet Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo donatione. nu. 152. & idem affirmant Francisc. Aret. sibi parum constans in l. licet, in fin. & l. si creditori. C. de pact. Alex. in consil. 129. in fin. lib. 7. Corn. in consil. 23. colum. 3. vers. & per hanc rationem. lib. 1. & in consil. 129. col. 2. lib. 3. Crot. in Rubr. de verb. oblig. n. 3. & idem Torniellus nu. 64. & Leonius nu. 90. Et ij quidem ea prima & præcipua ratione moti sunt, quoniam concurreret circa idem duplex specialitas, nempe quia præsumeretur donatio contra l. cum de indebito. ff. de probat. Item quod ex nudo pacto oriretur actio, contra l. legem. C. de pact. cum simili. Quæ sanè duplex specialitas concurrere non potest circa idem. l. 2. C. de dotis promiss. tradit Bart. in l. si is, qui pro emptore, col. pen. vbi ceteri omnes. ff. de vluc. Verum multis modis responderi potest.

Et primò, illa iuris regula, quæ habet duo specialia concurrere non posse, ea ratione & causa introducitur, vt restringatur, & quantum fieri potest, minuat id quod contra ius commune sancitum fuit. Specialia enim sunt aduersus ipsum ius commune, & ob id fit restrictio in quantum potest, vt minus recedatur à iure ipso communi. Atqui nostro in casu cessat hæc ratio, quia etiam si speciale sit, quod pactum nudum actionem pariat, attamen non est contra æquitatem, imò est secundum eam, posteaquam iure canonico ita sancitum est cap. 1. de pactis. conuenit etiam cum æquitate prætoris. Iurisdictionum. §. Prætor ait. ff. de pactis. imò conuenit & cum ipso iure naturali. i. in princ. ff. de pact. Ergo dicendū est, non esse hæc restringenda, cum sint secundum æquitatē, iuxta l. bona fides. vbi Castrensis. ff. de positi. Ita in specie respondit Fortunius Garzia in d. §. quinimo. nu. 86. Secundo respondet Garzia præcitato in loco. nu. 77. esse falsum quod à præcitatis Doctores traditum est, nempe speciale esse, quod donatio præsumatur. Nam etsi regulariter non præsumatur omnibus in casibus, attamen in illis casibus, in quibus præsumitur, non est quid speciale, sed regulare, sicuti maximè est, quando quis scienter promittit indebitum. Est enim tunc regulare, l. 1. ff. de condit. indebiti. d. l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. l. Campanus. ff. de oper. lib. ibi, sed cum sciret. & l. si diuortio. ff. de verb. oblig. & dicemus infra lib. 3. præsum. 31. Respondetur tertio, quod duo specialia possunt simul concurrere, & quando vnum est consecutiuum alterius. ita Bart. in l. sub conditione. in secunda oppositio. ff. de solut. & Purpur. in l. 1. num. 625. vers. 11. ff. de offic. eius, Et hinc Bart. in l. si is, qui pro emptore. col. vt. ff. de vlucap. scripsit, duas fictiones posse simul concurrere, quando vna est consecutiuum alterius.

Atqui hoc in casu vnum speciale est consecutiuum alterius. Nam principale illud est, quod promissio facta sine causa ab eo, qui scit se non debere, valeat vt donatio, ex quo deinde sequitur quod etiam si fiat pacto nudo valeat ex d. l. si quis argentum, §. pen. C. de dona. Præterea & quarto respondetur, quod duplex specialitas concurrere potest circa idem, quando & amba à diuerso fonte proueniunt, ita Ruin. in l. 1. nu. 170. ff. solut. matrim. & in consil. 151. col. 2. lib. 5. ex l. singularia. ff. si certum petat. At hic à diuerso fonte hæc proueniunt. Nam vna est lex

lex, imò plures, quæ statuunt donationem præsumi factam ab eo, qui scienter promittit, quod promittere non tenebatur. Alia autem est dispositio d. l. si quis argentum, quod pacto nudo promissa vim donationis obtineant. Alia responsione vsus est Zuchardus in rub. C. de pactis. num. 77. vers. ad secundum.

Hinc etiam inferitur veram esse eorum traditionem, qui scripserunt, dispositionem l. vt. C. de sacros. eccles. quæ transfert rei donatæ dominium ex solo tit. sine traditione, favore ecclesiæ, locum habere etiam in donatione præsumpta. ita sanè affirmant Spec. in tit. de locato. §. nunc aliqua, vers. 52. Bar. in l. si aliquam rem. nu. 9. de acq. posses. & ibidem apertius Alex. & Ripa nu. 36. idem Bart. in l. cum falla, nu. 3. C. de iuris & facti ignor. Butrius in c. ex parte. col. 7. de confes. Bal. in l. ad probationem. col. vt. vers. quæro, quid si animo. C. locati. Angel. in l. qui rem. eo. tit. & in §. emphiteusim. in fine. in Auth. de non alien. aut permut. reb. eccl. Cast. in consil. 11. Super primo quesito, in quantum. col. 1. lib. 2. quos secutus est Tiraq. in l. si vnquam, in verbo, donatione. nu. 169. C. de reuoc. don. Et his accedunt Ruin. in consil. 151. col. 2. lib. 5. & Roland. in tract. de lucro dotis. q. 75. n. 29. & si idem in tract. de legibus connub. in gl. 3. nu. 53. parum animaduertens, contrariam opinionem sequatur, quam quidem probauit & Ruggerius de Mota in repet. l. traditionibus. num. 62. C. de pact.

Huc etiam pertinet, quod dispositio leg. si vnquam. C. de reuoc. donat. quæ sancitum est donationem cenferi reuocatum ob filiorum superuenientiam, locum habere etiam in donatione præsumpta. Ita Bald. in d. l. si vnquam. l. lect. in fin. & ibidem Tiraq. in verbo, donatione. num. 155.

Huc quoque facit, quod dispositio in l. in actionibus. ff. de litem iurado, quo datur facultas in actionibus. bonæ fidei iurandi in litem super dolo aduersarij, habet locum super dolo præsumpto. Ita Bal. in d. l. in actionibus. col. vt. vers. oppos. quod. idem scripsit Tiraq. in l. si vnquam. in verbo, donatione. nu. 263. C. de reuoc. don. Et his accedunt Bal. in consil. 119. statuto. lib. 2. Soc. Sen. consil. 213. lib. 2. Curt. Iun. in d. l. in actionibus, num. 28. ff. de in lit. iuran. & Paris. consil. 75. num. 31. lib. 2. Nec repugnat quod Bar. in l. tutor, qui repetit. num. col. pen. num. 21. vers. venio ad 3. ff. de adm. tut. Corn. consil. 81. col. 3. nu. 1. lib. 4. Iaf. consil. 174. col. vt. lib. 1. Dec. in d. l. in actionibus nu. 28. Catellia. Cotta in suis memora. in verbo, iuramentum, scripserunt, ob dolum præsumptum non posse deferri iuramentum in litem. Nam ij loquuntur de dolo præsumpto ex præsumptionibus hominis. Vel cum leuis est præsumptio iuris. Et qui sit dolus verus, & qui præsumptus, dicemus infra lib. 5. præsump. 3.

Confert pariter quod lex prohibens & annullans actum, trahitur etiam ad præsumptum. l. qui ad certum. ff. locati. vbi sicuti locatio vera, quæ fieri à furioso prohibetur, ita etiam prohibetur præsumpta, quæ inducitur ex continuatione. Et dicemus infra lib. 3. præsum. Hinc etiam dicemus, quod lex annullans, & irritans donationes inter virum & uxorem, locum habere etiam in donationibus præsumptis. Ita gl. in l. si donationis. C. de cõtrah. empt. & ibidem Salic. Soc. Sen. in consil. 66. col. 1. lib. 1. quos secutus est Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo, donatione. num. 164. C. de reuoc. donat.

Hinc quoque dicimus, leges irritantes in sinuatione in donationibus, eas alioqui irritantes, habere et locum in donationibus præsumptis. Ita Bar. in l. 1. vt. oppos. ff. de don. & in l. vt. in princ. C. de iure dotium, ex illo textu, Bal. in consil. 231. Præsuppositio statuto. lib. 1. Ang. in consil. 94. C. l. 1. & q. col. antep. vers. hoc igitur articulo. Fulgos. consil. 72. col. vt. vers. nec nocet. Praet. Papien. in forma libelli, quo agitur pro donatione, in verbo, solemniter. num. 7. Aut. de Canario in tracta. in sinuationum

q. 44 & Tiraq. in d. l. si vnquam, in verb. donatione. n. 164. His etiam accedit, quod statutum prohibens donationem sine presentia iudicis, locum habet & in donatione præsumpta. Ita scripsit Tiraq. præcitato in loco nu. 164. in fi. post Corneum in consil. 183. col. 4. num. 5. vers. his tamen non obstantibus, lib. 2.

Huc etiam spectat, quod dicimus statutum, ex quo maritus lucratur certam partem dotis, procedit etiam in dote præsumpta. Ita scribunt Bart. in sua q. 7. Mulier habens amplum. Bald. in l. citra. & in l. nulla. col. 1. C. de iure dotium. Cast. in consil. 60. Visis statutis communis Vincentiæ. in 2. dubio. lib. 2. Comens. in consil. 109. in 1. dubio. Abbas in consil. 46. in 2. dubio. lib. 1. Alex. in consil. 122. col. 2. lib. 7. Soc. Sen. consil. 80. col. vt. lib. 4. Curt. Iun. in consil. 4. nu. 17. quos quidem secutus est Tiraq. in d. l. si vnquam, in verbo donatione. n. 170. C. de reuoc. donat. in tracta. de leg. connub. in gl. 3. nu. 55. Et his accedunt Bald. in consil. 102. Mulierem maritus lib. 2. & q. statuto vers. duos. q. 1. Cast. in consil. 283. col. 1. & vt. lib. 1. Rom. in consil. 14. num. 7. Corn. in consil. 254. num. 3. lib. 1. & in consil. 127. nu. 5. lib. 4. Ruin. in rub. ff. solut. matrim. num. 224. secundum nouissimam impressionem, in consil. 224. col. 2. lib. 1. in consil. 61. col. 6. nu. 12. lib. 3. & in consil. 151. col. 1. lib. 5. Paris. consil. 34. col. vt. lib. 3. Curt. Iun. in consil. 154. in fi. Soc. Iun. in consil. 129. col. vt. lib. 1. & in consil. 8. col. 1. lib. 2. Feronus in consil. Burdegal. tit. de dote. §. 6. Crauet. de antiq. temp. in 1. par. 4. partis princ. num. 43. Rolandus à Valle in tract. de lucro dotis. q. 75. num. 15. & Phanucius in tract. de lucro dotis in gl. 10. num. 7.

Dissentiunt tamen ab hac opinione Alex. in consil. 122. nu. 8. & 9. lib. 7. Corn. in consil. 254. col. 3. vers. sed dare. & vt. lib. 1. Curt. Sen. in consil. 79. Domina Francisca. Iaf. in Auth. præterea. num. 25. C. vnde vir. & vxor. in §. fuerat. nu. 127. inst. de actio. qui tñ dubitatiuè loquitur. & idem apertius in consil. 50. lib. 1. Io. Bapt. Castilloneus in annotat. ad Matthes. notab. 74. Ruin. in consil. 223. num. 5. lib. 1. Brunus in tract. quod stantibus masculis, femina non succedunt. art. 6. q. 7. col. 3. vers. nã secus. q. 27. col. 6. vers. & pro hac sententia. Campegius in tract. de dot. par. vt. q. 9. Paris. in consil. 62. nu. 27. lib. 4. Horum autem opinio rejicienda est, tum quod recepta magis sententia refragatur, tum quod infirmis admodum argumentis munitur, quibus satisfaciunt Soc. Sen. in d. consil. 80. lib. 4. & Crau. de antiquit. temp. in 1. par. 4. partis principal. num. 46. & 47.

Recepta tamen hæc sententia locum non haberet & primò, quando versaremur in dispositione iuris communis correctoria, sicuti si statutum diceret, quod maritus lucratur dotem non obstante dispositione l. hæc edita lib. C. de secund. nupt. Nam tunc statutum intelligitur de dote vera data, non autem de præsumpta. Ita respondit Cur. Sen. in d. consil. 74. Domina Francisca, col. 3. vers. sed præmissis, quem vsus est sequi Crauetta præcitato loco, num. 48. Præterea & secundo communis hæc opinio non habet locum, & quando extat aliud statutum, quod illius loci statuta intelligantur ad literam. Nam tunc statutum deferens lucrum dotis marito, intelligitur de dote verè constituta, non autem de præsumpta. Ita respondit Iaf. in d. consil. 50. lib. 1. quem secuti sunt Olfascus decif. 21. nu. 14. & apertius Phanucius in tract. de lucro dotis, in gl. 10. num. 11.

Rursus tertio non habet locum hæc communis doctrina, & traditio, quando & statutum loqueretur de dote data, vel constituta lucranda. Nam tunc intelligitur de dote verè data, & constituta, non autem de præsumpta, ita scribunt Angel. Cast. & Alex. in l. si donatus. ff. de cond. ob causam. Iaf. in Rub. ff. solut. matrim. nu. 23. & 24. Soc. Sen. in l. de diuisione, col. 2. ff. solut. matrim. Ruin. in consil. 223. nu. 6. lib. 1. Brunus in tract. de conf. decret. & cõsuet. in verbo, lucrum, col. 5. Campegius in d. tract. de dote